

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma Quo Rector Et Senatus Universitatis Rostochiensis Cives suos, in
primis Studiosos omnes Officii, & Legum Academicarum severe admonet**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742264882>

Druck Freier  Zugang



1651



PROGRAMMA


Quod

RECTOR ET SENATUS UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

Cives suos, in primis Studio-
sos omnes Officii, & Legum Aca-
demicarum severè admonet.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
Anno M. DC. LI.





Mmortale Dei existit beneficium illa
animi facultas, quā curvo rectum dignoscere,
turpibus honesta promte secernere homines possumus.
Hanc autem ipsam eā de causa immortalis pater menti-
bus nostris suō inscripsit digitō, ut judicem, & prætoreme
intra nosmet ipsos haberemus, factorum, dictorumq; gra-
vissimum gubernatorem, ad cuius legem vel absq; scriptis legibus vitam per-
feciſſimè dirigeremus, tantq; duce divinitati, tamq; excellenii præſtanīa,
quoad ejus hac in mortalitate posset fieri, qvām proximē accederemus. Ulti-
nam verò tanto monitori, præmonstratoriq; nostro facile auscultaremus, cīq;
optimè præcipienti obtemperaremus in omnibus, felicissima sanè vita foret,
nullisq; paenit, arumnis, suppliciisve vexaretur. Nunc quoriam nostrā
seu imbecillitate, seu malitiā hoc non præstamus, alterum eterni rectoris
priori haut minus est benefactum, qvōd bonos magistratus & olim crea-
verit, & adhuc quotidie constituat, qvibus salubres inspirat leges, qvas
ipſi hominibus describant, eāsq; sancte custodian, & obſervent. Hæ vir-
tutem omnibus omni in etate, atq; ordine instillant, concordiam, con-
ſpirationēq; omnium in mundo ordinum gignunt, à calamitatibus non fo-
lūm, sed etiam earum metu cunctos defendunt, à corporibus, singulorūmq;
membris vim injustum, à fortunis, rebūsq; periculum, ac jacloram, à fama
deniq; calumniam prohibent, in summa, hominum inter homines conſo-
ciationem florentem præstant, & sartam teclamq; conservant. Tantè
igitur boni conditores eternā laude mactando sapiens statuit antiquitas,
eōsq; tanquam proximos Dei immortalis ministros, nec non consiliarios
inter astra collocavit. Et certè nefarij illi, ac execrandi, qui tantum bo-
num non satis aestimant, aut intelligere nolunt; detestabiliōres verò, imò
non hominum, sed pecudum habendi numerō, Titanūmq;, divini Platonis
sententiā, ē genere, qvi illum ordinem turbare, instituta prudentiis, bonijs
magistratus rumpere, impiāsq; manūs, ac cervices contrā extollere non
verentur.

verentur. Etenim hoc cum accidit, protinus omnia viria, tanquam fatto
agmine, omni impetu in civitatem irrumpunt; homines a recta ratione,
imò naturā abeunt; Deo se subtrahunt, deinde, ut eum ne timeant, omni-
no spernunt; honestæ rei nulli vacant; melius, pejus, profit, obfit, nihil cu-
rant; penas deniqz, & præmia, decus, & ignominiam juxta habent. Hinc
ad postremum efficitur, ut desperatā quasi salute, ruptis, repagulis opiniū ho-
nestas, solida eruditio, fides, & veritas, imò quicquid pulcrum dici potest,
radicibus extirpetur, exitiūmg, ac interitus rei private, & publicæ com-
paretur. O si, Studioſi Juvenes, (vos enim præcipue hæc nostra spectat
oratio) quovis aliò potius, qvām domesticō exemplō hoc declarare per vestram
nobis protervitatem esset integrum! Utinam multi vestrum sese ita gerent,
ut sanctissimas Academiæ nostræ leges non rumpere, sed prorsus per-
dere, non negligere, sed rejicare, ac conculcare, adebg, contemtui habere non videre-
minī. Qvām vellemus jam cum Nerone nescire literas, nec isthoc secundūm
fidem, & religionem in vos dicere testimonium summa nobis imperaret neces-
itas. Sed jam celum loquitur, terra clamitat, imò

— Luna refert, ac sidera testes

Intendunt oculos
non tantum, sed etiam voces, ac querelam. Omnes in universum boni, qvot-
qvot pietatem, & virtutem colunt, tam manifestā quorundam vestri loci pe-
culantiā supra modum moventur, ut vix fletum teneant. Ipsa Academia lacri-
mas fundere, doceō em testari, talēmqz cum plangore vocem edere videtur: Me
misera, quid agam, quid me vertam! Vix præteriti seculi duxeré cicatricem
vulnera, quæ solitudo, quæ pestilentia, quæ variæ mihi turbæ fecer-
rant. Spissè à bellicis hujus ætatis respīravi tumultibus. Nunc in no-
va, eaqz graviora detrudor tormenta. Nunc crudelissimè omnium vexor,
dum omnia contra me viria, ipsamqz adeò barbariem insurgere conspicor, qui-
bus sese mei filii, civesqz, mancipant, ingz, meum mutuo conspirant exitium.
O me infortunatam, ad qvad sordes sum redacta, ad qvantam inselicitatem
depressa! Qvg antehac ceu regina caput extollebam, dum florebam eruditione,
clarebam modestiā, totqz, harum amatoribz, præclaris civibz. Nunc depres-
sa, & afflictia jaceo, plena dedecoris, & ignominie, nihilqz reliquum est, nisi
ad meipsam rursus ut revertar, merore, ac ignominia brevi conficiendas.
Hæc Præsens Academia facies, hac ejus querimonia, plurimorumqz hominum.
Qvousqz tandem, Studioſi juvenes, tam insignem maculam sustinebitis, qvousqz
effrenata vestra sese jactabit audacia? Probè sine dubio, si modò paulisper
in me-

in memoriam (ð etiam sanam mentem) regredi volueritis, recordamini, quod
programmatibus annis retro elapsis plurimis publicè affixis vos retrahere, adq;
salutem, ac frugem convertere insituerimus, quibus vos diligenter monuimus
de timore Dei, unicò illo veræ sapientiae initio, de magistratus observantia, o-
mnisq; virtutis studiò, etiam atq; etiam cupientes, abstineretis improbis conci-
liabulis, lascivie, nec non perulantiæ multam salutem diceretis, atq; compen-
dio dignos vos præstaretis nomine, ac officiò vestro. At qvid profectimus? tot
adhortationes, tot salutaria jussa, & mandata, ventus abstulit, & aura, inq;
puteum, ubi Democriti verum, ceciderunt. Quid qvòd Academia nostræ opti-
mè, atq; sanctissimè constituta leges nihil apud vos valuerunt, qvas de industria
evertisti, imò qvæsi aquam ferventem frigidam esse, putavisti. Harum non-
nullas bīc ante oculos ponere, inq; luce vobis collucere, qvò protervitas vestra eò
fortius retundatur, operæ premium judicamus. Illarum igitur decima nationes,
nationalesq; conventus severè prohibet, neve seniores qui appellari volunt,
juniiores ad suæ nequitie scholam perirrabant, inq; eodem ludo discipulos doce-
ant. At qvid profectū est? Tantum enim abest, illi ut legi aliquatenus obtempera-
tum sit, ut etiam crebriores conveniūt sint instituti; imò quòd maximopere de-
testandum, etiam publicò laticie signo, tympanorum, tibiarumq; sonò, tan-
quam comitia quotidie indicantur. Tertia decima gladiorum gestiones in-
terdit, honestatemq; vestium præcipit. At qvid factum est? Nemo gladios
ponit. Ac pleriq; tanta vestium levitate abutuntur, citius ut semipaganos,
aut circulatores, qvam Studiosos aliquis crediderit. Quarta decima privatas
concertationes prorsus inhibet, ne quis vel intra, vel extra mœnia cum alio
configat. Nihil profectum est. Duella, & provocationes liberè instituuntur,
& contra ipsius Dei quintum mandatum, contra rectam rationem armis cre-
brò concurritur, meditatisq; vulneribus, & mortibus configitur. Imò multi
ceu beluae per plateas vagantur, gladios stringentes, dentes acuentes in qvos-
cung, amicos, atq; inimicos, notos, atq; ignoratos incurvantur, nonnullorum fa-
niam depeculantes, aliquorum capita depugnant. Octava & decima gravi-
ter vetat, ne quis in civitate bombardam explodat, neve noctu globum ejacule-
tur, contrà facienti relegationem minatur. Nihil prorsus valuit. Quin scloporum
displosiones noctu, interdiuq; acervatim multi frequentant, multi vel intra mœ-
nia ignes artificiales projiciunt, cùmg; summò proborum hominum discrimine,
ac terrore, vel funestò totius civitatis incendiò (qvod funestum omen Deus ob-
ruat) ius se oblectant. Quin res eò devenit, ut juxta illud: Qualis herus,
talis pediseqvus, famuli Studiosorum scloplos suos claviculares in foris, & plateis

publicis, neminem, quisquis sit, reverentes, cum suo & aliorum periculo intrepide exonerent. Ist hæc omnia, & multò plura iis gemina, quæ tam diligenter dicti legibüs excluduntur, non abrogata, sed stabilita, imò tanquam de integro renovata, atq; instrata tristis eben! experientia pro nobis clarius loquatur. Neg, verò est, ut clām, aut occultas leges hasce, aut ad parietem fissas clavis ferreis quisquam censeat, ubi malos mores affigi æquius existimat sapiens Comicus, qvin ea bis quotannis publicè preleguntur, iijg; juramentū sancte Vos obstringitis, eadem que g; quamplurimis nostris monitis vobis inculcantur, & declarantur. Qvæ quandoquidem tam accuratè à nostra parte efficiuntur, ubi parendi vestra alacritas, ubi, qvæ sola vobis relicta, obsequiū gloria? quoniam Vobis animorum mentes, nostri, imò vix nostri Cives? Si nullus apud vos amplius honesti respectus, si nulla harum legum, aut magistratus reverentia, si onus mortalia spernitis, saltē Sperate Deum memorem fandi, atq; nefandi;

Sperate pœnam, qvæ nunquam non culpam premit comes; sperate morsū, & surda conscientia verbera, qvæ mortis esse instar, imò cā graviora gravis vates tradit. Indignissimum est auditu, qvod etiam nostrum nomen, qvos vestræ custodes salutis Deus constituit, apud imperium vulgi misere vapulet, qvod lenitatis nos insinuat, & conniventiæ, qvì vestræ causæ, matilisq; artibus præstò simus, hōcq; paciō calamitates celitus communī civitati arcessamus. Injustè sānè sic traducimur. Neg, volumus vestris peccatis affines haberi, vel audiri (id qvod præsenti scriptio omni contentione à nobis de-testamur, atq; deprecamur) verū, sicut antebat semper, sic & in officio magistratus commissi castè, integrèq; versabimur, ad contumaciam improborum nequaquam filebimus, qvin potius omni modo istam oppugnabimus, neg, imperium, ceu gladium in vagina reconditum, otiose administrabimus, qvod omnes reprobri suò malo sentient, nihilq; non intermissuri sumus, qvod ad quietem, ac tranquillitatem reipublicæ conducere arbitrabimur. Quid autem conquerimini, nullam vobis relinqvilibertatem, multa vobis concessa privilegia, qvæ tam attentō rectæ vitæ modō aut minuantur, aut prorsus admantur. Etiam hic frustra estis. Nam servire improbitati, ac petulantia non est libertas, sed fœda, & durissima servitus, cū ideo legibus serviamus, ac virtuti, ut verè liberi simus. Et qvì vitiorum amatores, magistratus, legumq; contemtores, nobile Studiosorum nomen gerant, aut mereantur, cū nullo privilegio digni, nullā gaudere libertate queant, qrippe qui seipſe vilissima fōrdibus, vitiisq; mancipia perrugent civitatis literariae carcinomata, & pestis. His talibus carere nihil est, qvod voyemus amplius; contrā, abundare


abundare rempublicam nostram talium multitudine expetimus, qui Deum
colant, magistratum revereantur, in pietatis, doctrinæ, studium incumbant,
& legibus obsequantur. Boni civis prima laus est, inquit ille, parére recto-
ribus: contrà nihil illo perniciosus, qui superbiam, proterviamq; illis opponat,
obedientiam detrectando, debitumq; honorem denegando. Indè quid con-
sequatur, tūm suprà memorarimus, cùm res ipsa declarat. Quid de con-
suetudine in speciem afferre multi vestrum solent, nimis profecto est proletar-
ium. More sit, inquit, ut inuria affectus existimationem suam gladio
vindicet, eóq; offendentes, ac provocantes repellat, quod nisi facit, contemnitur.
More sit, ut nationales conventus habeantur, amicitia inter cives confirme-
tur, animiq; consuetudine sodalitiâ recreantur. More sit, ut plateæ per graffata-
tiones horrendo mugitu compleantur. Vetus est illa cantilena, quâ jam sua
tempestate per hominum calliditatem omnia vitia more sancta esse, liberaq; à
legibus prudentis consilii Comicus queritur. Tam turpi more nihil fieri,
quod licet, nisi quod lubet, ipse significat. Quænam illa quæso est amici-
tia, quæ inter vitia per ebrietatem contrahitur

— — cum jam vertigine teatum

Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis,
cum summa pretiosissimi temporis jactura, maximò corporis, & patrimonij
decremunt, contra magistratus voluntatem, & mandatum? Turpis, insta-
bilis, imò nulla, quippe ubi animi prægravati, prostratiq; judicium jam fere
potu depositum, quæq; exhalata crapulâ, ipsa quoq; exhalavit, & evanuit.
Omnes autem religiæ, & longè plures ejusmodi consuetudines illius sunt dolî,
machinae, & præstigia, qui hominum ruinam meditatur interdiu, ac noctu;
& quia contra leges, & rationem sunt, corruptela sunt, imò execrandæ,
quibus res publica, conscientia, Deus lœditur, salus animæ, ac corporis in discri-
men rapitur, à quibus boni abhorrent omnes, quæq; ab illis alienissimæ, qui se
liberalium honestarumq; artium sectatores profitentur. Illa igitur omnia
cùm in medio omnibus sint proposita, Nos, quod nostri est officiæ, nunc iterum
de integro Vos omnes, & singulos & monemus, & hortamur, imò si jus, si
fas est, obsecramus, ut quamvis improbitatem, ac petulantiam, quæ hactenus
succrevit uberrimè, jámg; ad maturitatem pervenit, tandem eradicetis, eámq;
prorsus repudietis; quin potius apud animos perpendatis, quid leges, quid officiū,
quid justitia à Vobis exigant, nimisrum, ut honestè vivatis, neminem lœdatis,
suum cuiq; tribuat. Hæc abjuratis, hæc pedibus conculcatis Vos, qui immanibus
jacturis, infinitisq; sumitibus, per iniqvissimam expilationem, sociorūmq; sepe
paue-

superum direptionem conyvia nationalia procuratis, iisq; interestis. Vos, qui
scloporum explosionibus, atq; nocturnis dicursationibus, & clamoribus vias infe-
stantes publicam quietem turbatis. Vos, qui s̄epe ob innoxium verbulū in mu-
tuas digladiationes beluarum modō ruitis. Vos, qui bonis viris negocium exhibe-
tis, ac molestiam, improbōq; s̄epe jocō, contumēiosisq; dictis eorum famam
contaminatis, aut per famulos id vestros procuratis. Tandem ponite barbaros
mores. Nolite amplius literarum, ariūmq; qvibus esse dediti debitis, inquini-
nare decus, ac splendorem. Nolite dignissimo, in qvo agitis, ordinitor inurere
turitudinū notās, qvās totā eluere vita non poteritis. Nolite gloriam querere
in actionibus ingloriis, truculentis, nefarīs, qvales non ita pridem sancto in lo-
co, & nunc nuper in foro, in qvo æquitatis, & justitia continentur, sunt perpetratae,
ad qvarū memoriam animus horret, qvarūmq; tristi mentione saltem chartas
defœdere nobis est religio. Locum tandem tribuite sodes tot piis cohortario-
nibus, ac votis nostris, parentum, propinqvorum, imd bonorum omnium, qui
vestrā, in qva versamini, magnopere afficiantur infelicitate, ac miseriā. Eru-
ditionem amplectimini, doctrinam venamini, modestiam sequimini. Hoc erit re-
ctum animi judicium, hoc pulchrum virtutis specimen, hoc lumen dignitatis,
ac vitæ vestræ. Id facturos laus, decus, immortalitas manebunt. Sin mihiū, ma-
lum, & pœnam non obedientibus denunciamus, eāmq; propter delictorum fre-
quentiam gravissimam. Ulcerā, qvæ sanari poterunt, qvacung; ratione sana-
bimus, qvæ resecanda erunt, — — ne pars sincera trahatur, non patiemur
in pernicie civitatis manare. Qvōd si qvī nostram animadversionem effugere
sese posse speraverint, isti justam numinis vindictam hauritabunt. Deūmq;
ultorem sentient, qui face, & ferrō eos est à tergo secuturus. In Acad-
emia Rostochiensi P.P. a. d. XXIII. Cal. Septembr. Annō
Christiana Epochæ M. DC. LI.





abundare rem publicam nostram talium multitudine
colant, magistratum revereantur, in pietatis, docti
& legibus obsequantur. Boni civis prima laus es-
ribus: contraria nihil illo perniciosus, qui superbiam
obedientiam detrectando, debitumq; honorem de-
sequatur, tum supra memorarimus, cum res ipsa
svetudine in speciem afferre multi vestrum solent,
rium. More fit, inquit, ut injuria affectus ex-
vindicet, eoz offendentes, ac provocantes repellat, q
More fit, ut nationales conventus habeantur, am-
etur, animiq; consuetudine sodalitatem recreentur. Mo-
tiones horrendo mugitu compleantur. Verus est
tempestate per hominum calliditatem omnia vitia
legibus prudentis consilii Comicus queritur. Tan-
quod licet, nisi quod lubet, ipse significat. Qua-
titia, que inter vitia per ebrietatem contrahitur

— — cum jam vertigine tectum

Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis,
cum summa pretiosissimi temporis jactura, maxim
decremento, contra magistratus voluntatem, & m
obilis, imo nulla, quippe ubi animi pregravati, pro-
potu depositum, quaeq;, exhalata crapulâ, ipsa quo
Omnes autem reliquæ, & longè plures ejusmodi con-
machinae, & præstigia, qui hominum ruinam medi-
& quia contra leges, & rationem fiunt, corrupti
quibus res publica, conscientia Deus luditur, salus ani-
men rapitur, à quibus boni abhorrent omnes, quaeq;
liberalium honestarumq; artium sectatores profiten-
cūm in medio omnibus sint proposita, Nos, quod nosti
de integro Vos omnes, & singulos & monemus, &
fas est, obsecramus, ut quamvis improbitatem, ac pe-
succrevit uberrime, jamq; ad maturitatem pervenit,
prorsus repudietis; quin potius apud animos perpendat
quid justitia à Vobis exigant, nimirum, ut honeste viv-
sunt cuique tribuatis. Hæc abjuratis, hæc pedibus concu-
jacturis, infinitisq; sumtibus, per iniquissimam expilat-

qui Deum
ncubant,
rere recto-
is opponat,
& quid con-
od de con-
& proletari-
am gladiis
itemnitur.
confirme-
per grappa-
à jam suā
liberaq; à
ibil fieri,
est amici-

rimonij
is, insta-
jam fere
evanuit.
unt dolis
ac noctis;
eranda,
a disciri-
e, qui se
r omnia
s iterum
si jus, si
actenus
s, eamq;
l officiū,
ædatis,
nanibūs
q; s̄ape
paupe-




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]

the scale towards document